



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

165 Illicitus dete[n]ter curille qui legittima[n] habet collatione[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Institut. de vsucap. quantumlibet per manus plurimorum bonę fidei possessorum deambulauerit, vt rectissimè videtur adnotasse Glossographus ad c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in priore casus positione; & Zazius in l. clam. in princ. num. 7. ꝛ. de adq. vel admitt. poss. tamen quò res abierit longiùs, eò redditur eius persecutio difficilior. Fortè dices, non ampliùs rem furtiuam dici postquam ab vno bonę fidei possessore transierit ad alium arg. d. vers. quod autem dictum est. in verb. *ab eis. i. furibus.* At frustra sic argues; quandoquidem vitium in re est, quod, priusquam res redierit ad suum dominum, purgari nequit. Quanquam Dominicus à Soto lib. 4. de iust. & iur. quęst. 5. art. 4. conclus. 2. vers. Si autem latronis. i. furis filius. cum vers. seq. non rectè putat, & heredem furis & eumentem à fure, modò bonę fidei sint, res furtiuas vsucapere vel præscribere; nixus imprudenter l. si aliena. ꝛ. de vsurp. & vsucap. vbi nihil minus agitur quã de re furtiua. Cæterum quare consanguineus hic nominatur illicitus detentor, cum tamen per collationem fortè canonicam seu legitimam fuerit adeptus beneficium? sunt ex Interpretibus nostris qui respondeant, eum fuisse consciũ permutationis huius inter Gerardum & Laurentium consanguineum suum vel simoniacę vel saltem illicitę: veruntamen etiamsi conscius non fuisset, Pontifex nihilominus ex æquitate Gerardo suum beneficium vult, vt existimo, restitui propterea quòd exitũ permutatio non

g habue-

164
Res furtiua
num purgen-
tur vitio si ad
alium deue-
nerint posses-
sorem bonę
fidei à posses-
sore bonę fi-
dei.

163
Illicitus de-
tentor cur ille
qui legitimã
habet colla-
tionem.

166
Beneficium per
mutatu tran
sire cu suo o
nere in que
cumq; posses
sorem. i. cum
lege restitu
tionis in ca
sum, &c.

167
An sit opus
nova collatio
ne quada per
mutatio non
habet exitu.

habuerit; unde consequens est ut & consanguineus iste sit a beneficio remouendus ut maxime nihil peccauerit initio, sicut & alius quilibet remouendus est qui post istum consanguineum beneficij eiusdem deprehenderetur esse detentor; quantumlibet per manus plurimorum iam sepius hoc beneficium deambulasset, nec obstat cap. factum legitime. de regul. iur. in 6. quia beneficio ex causa permutationis resignato semper inest lex restitutionis in casum quo contingeret vtrique non satisfieri beneficiorum permutationi, vel alioquin euinci beneficium alterutrius etiam post permutationem semel impletam, sicuti mox in cap. vnic. de rer. permutat. lib. 6. plenius edocebitur.

Ait Pont. *eam restituui faciatis eidem.* Quarto quam ratione facienda sit haec restitutio, per nouamne collationem an per simplicem reditum ad ius pristinum, remoto detentore isto illicito? Tentari posset, noua collatione non esse opus propter legem illam restitutionis beneficio ex causa permutationis resignato inherentem sicuti modo dicebamus; quandoquidem permutatione non impleta vel alioquin in nihilum redacta, perinde res habetur (ut multis placet) atque si permutatio nulla prorsus interuenisset vnquam. quod & moribus obseruari post Ioann. And. Rebuffus adnotauit in sua praxi beneficiali d. tit. de permutat. nu. 12: quae de re nos accuratius quid adferre conabimur sub huiusce Comentationis fine. Plures hic & elegantes tractari possent ac merito deberent quaestio.